

tis à ratione auersæ, quæ substantię superuenerit.

19 Voluntatem malè agendi, quod vocant Liberum arbitrium, nobis à natura ipsa insitam, nō ex rebellione nostra accersitam, vel ex inobedientia natam: quanquam homines propria voluntate peccant. 20 Eleemosynam pauperi dandam negant, ac ne Christiano quidem, & fratri supplici, quia sit sustentatio materiæ, & mali dei patrocinium, & fauor. August. contra Admant. capite 17. & Theodor. 21 Baptismum nobis prodefesse conferendūmque cuiquam negant. Itaque illius contemptum induxerunt. Denique infinita sunt, quæ misera illa hominum colluuiis in Deum debacchatur, & euomit, quæ singula colligere non possumus, neque etiam opere pretium duximus, quia hęc etiam ipsa nauseam piissimis hominibus mouebunt. Sed tot tantasque blasphemias tum ambitionio, tum ignorantia veritatis produxit.

## CAP. XLVII.

Hierachitæ cur sic dicti. Erroris autem eorum capita tria recensentur.

**H**ierachitæ, quorum author Hieracha nūcupatur, resurrectionem carnis negant: monachos tantum & monahas, & coniugia non habentes in cōmunionem recipiūt: ad regnum cęlorum non pertinere paruulos dicūt, quia non sunt illis ullam erita certaminis, quo vitia: superentur.

I Hierachite.) Non est hoc loco obseruata temporis ratio, siue Augustinum, siue Epiphanius, f iij.